



<sup>21</sup>  
B2281

*Hab. III. 4528.*

40



Qvum

VIR Clarissimus Doctissimusqve  
**DN. GEORGIUS**  
**LYCIUS,**

Schemnicio- Ungarus,  
S. S. Ministerii Candidatus  
dignissimus,

relicta Academia Vitembergensi,

Patriam repeteret,  
Ipsis Calendis Augusti  
M D C C V.

Iter felix faustumqve  
precantur  
**Fautores, Amici, Populares &**  
**Cives.**

---

VITEMBERGAE,  
EX OFFICINA SCHROEDTERIANA.

**J**ili, quid prodest? annos consumere multos,  
Tene tuae Patriae jam foeda oblivio coepit?  
Heu! redeas: veniam dabit inclita Leucoris Alma;  
Tempus adest servire Deo, prodeſſeque tandem  
Dilectae Patriae, qvam Mavors diſtrahit armis.  
Praemia ſi poſcis, fili! dabo: ſi (velut olim  
Carolus invictus Romanorum induperator  
Ornatus mira, cui ſcribi Bartholomaeus,

Curavit Roffo; REDIT hēmī repetitqve Penates

**C**LARIOR: ip̄e ſuas reperebat Clarior oras.)

Tu quoqve præclaris imbutis moribus atque

Artibus ingenius inſtructus, doctior almas

Clarior, & melior noſtras contendis in oras.

*Clarissimo Dno. Lycio, Fætori Populari, ſuo honoratissimo  
opima quaesigine Λαζαρος precatur.*

M. Johani. Sculetus, Modera-Ung.

**M**Uſarum perdocta cohors, quid noſtra moraris  
Gaudia? tolle Tuum Barbyton, atque chelyn,  
Occine dulce melos, claro, laetiflma Civi  
Arua reſiſtenti non ſine laetitia,  
Dicito: Jova Tuum Clemens iter ipſe ſecunder,  
Ut felix valeas cernere Pannioniam.

Johann. Fellnerus, Schemnicio-Ung. SS. Th. St.

**E**mber, tudománnal annyi uégben uihet,  
Mennyit nagy erőbel, ſokízom megneym gyózhet;  
Te-is azon uoltáh, ranultál erőſten,  
Szolgálahas hazánknak, kiúámó ſzüellen.

*Jo akarjának ír  
Körmendi Kis Péter.*

**E**ſt mihi jam virtus Tua, Lyci, cognita dudum,  
Cognita ſunt ſtudium, Cura, laborque tuus.  
Pannionicum vé folium nos junctos rite tenebas;  
Atque hinc Leucoridum junxerat Alma bene.  
Sic hec cum patriam reperiſ, ſignare papyro  
Pro noſtra volui ſemper amicitia.  
Perga igitur gaudens, tua Virtus vivat in ævum,  
Ut Patriae trifti commoda ferre queas.

*Amico at populari futuimtgerrimo iter felix precatus  
Matthias Wissnowsky, S.S. Theol. & Phil. Stud.*

**J**ungimus in terris Socii, ſejungimus illis;  
Quemque ſuo fidum Pyladi fors unit Orestem,  
Theſea Pirithoo mox terris dividit amplis,  
Et dirimir fortuna duos, diſtinguit amicos  
Orbis, indiſſulus amor ſed permanet unus.  
Nos quoqve coniuncti dudum, diſjungimus ecce,  
Montibus, & qvanvis longe ſemotus amantem  
Inſequitur tē magna fides, en ambulat una,  
Et pergit ſponte in Patriamque, ubi Te genitores  
Excipient doctiſque traheint ſermonibus horas  
Conſiliis annisqve graves, ſic ſeffa laborum  
Tempora, dulcioqvis cupient lenire Camoenis.  
Gratulor ergo Tibi, Lyci, votisqve tuorum  
Ingero ſicqve mea, & magno ſubſcribo favori.

Paulus Simonides, Phil. & S.S. Theol. Cultor.  
*Acole*

**A**ole parce meo, nē sis crudelis Amico;  
Per Vada, per terras, Aole sterne viati.  
Hic Ithacam repetit longo post tempore dulcem;  
Mox cumulata tibi commoda ferre cupit.  
Parcite præcipites (sunt civis vota) quadrigæ;  
Nec dilecta mihi laedite membra rotæ.  
Quem vehitis, meus est Musarum gloria summa;  
Improba res, doctum laedere veile caput.

*Hæc Clariſſ. Dn. Lycio, Cui ſuo aſſumptiōne gratulat ura ſcribebat.*

Melchior Quiscowitz, Ung. S.S. Th. Cult.

**S**urgite Pierides perlavati, surgite Cantu,  
Cultori veftro carmina ferre pia.  
Qui poft tot duros exantlatosque labores,  
In Patriam tandem non sine laude redit.  
Ergo abeat Felix Duce cunctipotente Jehova,  
Et videat Patriam laetus & incolumis.

*Granulaturus de abſoluto felici ſtadiorum ſacrorum curſu appofuit  
Johannes Clement, Neos Ung. S.S. Th. & Ph. St.*

**W**o Weisheit ihren ſig bey Menschen hat genommen/  
Darfst glücklich ſeyn / da bleibt nicht aus der Lohn/  
Ich ſab e / das er in vor andern hoch gekommen/  
In dem Apollo ſelbst zeigt ihm ein Lorbeer-Woh.  
Geht w erthſchätzter Freund / kan man wohl dir nicht ſchreiben /  
Von dir / weil Eugen ſelbst dir die vermehet hat.  
Gewiß: nach allem recht / kanſt hier dabey verbleiben /  
Du liebst die Weisheit ſehr / der wirſtu nimmer fatt/  
Drumb kann du auch mit Lob und Ruhm von hier abziehen.  
Ich wünsche Glück darzu / nimm dieses vrouſen an /  
Griff unter Daterland / ich will mich ſteſt bemühen /  
Wie das ich meine Treu dir nimmer zeigen kan.  
Der Höchſte ſey mit dir / er ſegne dein Beinchen /  
Wie meine Feden föreibt / so wünscht mein Herr und Mump /  
Die Hoffnung wolle nicht bei dir jemahle gerinnen.  
Adieu! gehab' dich wohl und bleibe ſets gefund.

Johann Hagata / S.S. Theol. & Phil. Stud.

**E**rgo redis, repetisque Latex, doctissime Lyci,  
Dilectæ Patriæ, ſalvus & incolumis.  
Ito precor! felix Duce cunctipotente Jehova,  
Sanctorum armatus prædicio Aligerum;  
Et profis Patriæ, proponens dogmata plebi  
Sacra DEI, illi tibi praemia larga dabit.

*Amico integrissimo in Patriam redeunti appofuit  
Joh. Virgilius Freyensen / Cremnitio-Ung.*

**C**urſor ad metam, pugil ad triumphum,  
Nauta ad optatum ſua vela rendit  
Portum, ut exactis gravibus periclis,  
Praemia carpat.

Compari cura properans ſtudebas,  
Semper ad metam Tua mens tetendit,  
Nec moram es paſſus male præterire,

Ergo conſectis ſtudis redire  
Niteris? recte facis; ito proſper;

Patriæ fructus refer, atque ſacra; I. Dice Jova!

Samuel Nigrini, Dölna-Ung. S.S. Th. & Phil. Cult.

Sifte

**S**iste gradum, Juvenis clarissime, Tune Camoena*s*  
Contendis Pindi, linquere Leucorei?  
Siste gradum, Juvenis doctissime, Tune cruenta  
Non metuis Patrii fata subire foli?  
Fallor, at, heu! reddit alma quies, affliger Olympo  
Aurea natali paxque fatusque soio.  
Vos igitur veniam, Musae, concedite Civi,  
Et valedicenti carmina culta date.  
Ergo vade favente Deo, repetasque Penates:  
Sit Comes ipse Deus! confice turus iter!  
**I**, dilecte Deo, Patriae Decus, atque columna,  
Sis: doceas populm dogmata sacra Dei.  
Gratia supremi Tibi Numini adsit, AMICE,  
Et faveat coelis, actibus ipsa Tuis.  
At Tu, quem mittit Tibi, PATRIA, Leucoris alma,  
Praeciarum, grata suscipe fronte virum.  
Johannes Blasius, Thuroz. Uing. S.S. Th. & Ph. St.

**S**trenuus haud fesso superasti poplite cursum  
Leucoridæ longe celebris per Olympia nostræ,  
Qvam Deus aeterno conservat numine faustum,  
Hectoreos claudis simul absolvistq; labores,  
Ac fers Dardanias ad publica comoda vires.  
Qvod superest voveo tenui nunc carmine gratus:  
Praemia ne defint hoc digna labore brabæ,  
Qvae veniunt doctis, summus qvae mandat Apollo:  
Patria decernat merito Tibi, qvalia virtus  
Postular insignis, Muſarum circus et optat.  
Ergo quo tua fata trahunt retrahuntq; seqvaris  
Inque finum patriæ redeas en Hercule dextro  
Huic Anchisiades sis praefidiumq; decusque  
Non valida Martis, divina aft Palladis arte  
Argolicus clypeus Numen Tibi sit Patriaeque,  
Cum reboat passim flagrat, Bellona per orbem,  
Secula tum nostris redent Saturnia terris,  
Floreat ut Tecum vireat post fata ministra.

Samuel Bohus, Ungarus.

**O**lim consuluit, sapiens oracula Zeno,  
Qui rectum vitæ conficiat stadium?  
Hic responſa tulit: Defunctos, confuse, vita,  
Percupias horum semper amicitias.  
O civis! Doctos audisti saepe docentes  
Vitembergenses, dogmate regve pios.  
In Patriam veniens, pervolvatas scripta Piorum,  
Sic rectum vitæ, continuas stadium.  
Vis iter hoc tutum? Defunctos perge tueri,  
Mosem & Jacobum delige, tutus eas.  
TVtVs eas feLIXq; Ve rVls In reMpore prosiL  
Ex grato fVnDo peCtore Vota tibi.  
Martinus Regis, Liprovieni. Uing.

**P**ercultus Duce vade Deo, Sanctisq; Ministris,  
Quis omnes curæ sumus, atque juvantibus atris.  
Ingredimus laeti, patriamq; revivimus alnam.  
Ergo maſte animo pergas patriosq; Penates  
Incolimus repetas donis Heliconis onustus.

Samuel Zelenka, Verußol. Uing. S.S. Th. & Ph. St.

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle  
006 310 079

3



6017  
6018



n Strauch/  
Winters Brauch  
estrenet /

Leabu III 4528.

40

Qvum  
VIR Clarissimus Docissimusqve  
**DN. GEORGIUS**  
**LYCIUS,**  
Schemnicio-Ungarus,  
S. S. Ministerii Candidatus  
dignissimus,  
relicta Academia Vitembergensi,  
Patriam repeteret,  
Ipsis Calendis Augusti  
M D C C V.  
Iter felix faustumqve  
precantur  
Fautores, Amici, Populares &  
Cives.

VITEMBERGAE,  
EX OFFICINA SCHROEDTERIANA.

